

mericam pepulerunt & saltem reliquias, qvæ Vuallenles appellantur, in niveis montibus & saltibus coarctarunt, atq; hoc modo insulam propè universam occuparunt. Unde ei, ut ab Angilis Anglia nunc dicitur, nomen dedisse existimantur.

*Caroli M.  
auspicio.*

788.

*primum epi-  
scopum susci-  
pit Willeha-  
dum.*

Hinc minimè mirum, quod Carolus Magnus, cum XII annis, & post reconciliationem, exortis unus atq; alterius principum novis rebellionibus, in XX annum, cùm Saxonibus, eorumq; Principe Vuikindo decertasset, & victor per Saxoniam aliquot Episcopatus constitisset, Bremę Anno 788 Episcopum dedit Vuilhadum Anglum, quod patria harum Regionum lingua uteretur, eoq; nomine, præsertim ob pietatis studium singulare, qvo præ aliis eni-